

Karl VI., Heiliges Römisches Reich, Kaiser Philipp V., Spanien, König

Tractatus Commercii Inter Suam Cæsaream & Catholicam Majestatem, Carolum VI. Et Inter Suam Regiam Catholicam Majestatem Philippum V. Conclusus Viennæ prima Maji, 1725

Viennæ: Typis Joannis Petri Van Ghelen, [1725]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884414736>

Druck Freier  Zugang



1725.

B
81.2

Ab_ 6638^{1.2.}

~~Fi - 10²⁷ - 1 - 2~~

Fi

TRACTATUS
Commercii

Inter Suam Cæsaream & Catholicam
Majestatem,

CAROLUM VI.


ET

Inter Suam Regiam Catholicam
Majestatem

PHILIPPUM V.

Conclusus Viennæ prima Maji,

1725.



VIENNÆ,

Typis JOANNIS PETRI VAN GHELEN, Sac. Cæs. Regiæque
Majestatis Aulae Typographi.

CUM PRIVILEGIO MAJESTATIS SUÆ.

TRACTATUS
Commercii


Inter suam Caesarem & Catholicam
Majestatem

CAROLUM VI.

Inter suam Regiam Catholicam
Majestatem

PHILIPPUM V.

Conclusus Vienna prima Maji
1725



V I E N N A E
Typis JOHANNIS PETRI VAN GHËLEN, Sac. Cae. Regiaeque
Majestatis auct. Typographi
CUM PRIVILEGIO MAJESTATIS SAE.



*In Nomine Sanctissimæ & Individuæ
Trinitatis. Amen.*



Um DEI optimi ma-
ximi nutu, qui corda
Principum regit, evenerit,
ut quæ Pax inter Se-
renissimum ac Potentis-
simum Principem, ac Dominum, Do-
minum CAROLUM, hujus Nomi-
nis Sextum, Romanorum Imperatorem
semper Augustum, ac Germaniæ, Hi-
spaniarum, utriusque Siciliæ, Hunga-
riæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ,
Slavoniæque Regem, Archi-Ducem
Austriæ, Ducem Burgundiæ, Braban-
tiæ, Mediolani, Mantuæ, Styriæ, Ca-
rinthiæ, Carnioliæ, Limburgi, Lucem-
burgi, Geldriæ, ac Superioris & Infe-
rioris Silesiæ, & Württembergæ, Prin-
cipem Sueviæ, Marchionem Sacri Ro-
mani Imperii Burgoviæ, Moraviæ, Su-
perioris & Inferioris Lusatiæ, Comitem
Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferre-
tis, Kyburgi, Goritiæ, & Namurci,
Landgravium Alsatiæ, Dominum Mar-

chiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, &
Salinarum, &c. &c. Nec non Sere-
nissimum, ac Potentissimum Principem,
ac Dominum, Dominum PHILIPPUM,
hujus nominis Quintum, Regem Ca-
stellæ, Legionis, Arragoniæ, utriusque
Siciliæ, Hierosolymæ, Navarræ, Gra-
nata, Toleti, Valentia, Galliciæ, Ma-
joricæ, Hispalis, Sardinia, Cordubæ,
Corsicæ, Murcia, Giennæ, Algarbiæ,
Algezira, Gibraltar, Canariarum, In-
diarum Orientalium & Occidentalium,
Insularum & Continentis Maris Oceani,
Archi-Ducem Austriæ, Ducem Bur-
gundiæ, Brabantia, & Mediolani, Co-
mitem Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis,
& Barcinonæ, Dominum Biscajæ, &
Molinæ, &c. &c. Eorumque Regna,
Status, Principatus, & Dominia, revo-
cata, solideque firmata fuit, eam per
Tractatum peculiarem Navigationis &
Commerciorum certis pactis amplius,
firmiusque stabilire visum fuerit, quo

præcis, & quasi jam in antea definitis, quæ ex hujusmodi Tractatu oriri possent controversis, amborum Contractantium Principum Regnis, Statibus, ac Subditis eorumque utilitati, bonoque reciproco hoc certius consuleretur. Quapropter Nos infrascripti altetatorum Serenissimorum Contractantium Ministri Legati Plenipotentarii ad id plenâ potestate muniti, instituto super hoc Navigationis seu Commercii liberi colloquio, commutatis prius Plenipotentiiis, in sequentes Articulos convenimus.

ARTICULUS PRIMUS.

Vigore Pacis inter Suam Majestatem Casaream Catholicam, & Suam Majestatem Regiam Catholicam stabilita, omnibus utriusque Eorum Subditis, cujuscunque status, qualitatis, aut conditionis existant, licitum erit adire, proficisci, morari in Regnis, Provinciis, ac Ditionibus eorum quibuslibet cum omnimoda libertate, ac securitate, absque quod ad id opus sit peculiaribus Literis Patentibus, Salvo-Conductu, aut aliâ speciali licentiâ, solâ Pacis publicatione ad id sufficiente, & ejusmodi requisita supplente, gaudebuntque reciproce terrâ, marique eâ ipsa protectione publicâ, tam quoad personas, quam in suis negotiis, quâ aliâs naturales eorum Subditi fruuntur, in omnibus & per omnia citra omnem metum aut periculum ullius præjudicii aut damni, juxta ac per præsentem Tractatum conventum est.

I I.

Navibus tam Præfidiariis Bellicis, quam onerariis seu Mercatoriis ad altetatos Contractantes, aut eorum Subditos pertinenti-

bus, vel ex nunc plena facultas esto Portus, Oras, Sinus & Provincias absque ulla alia præviè petita licentiâ reciproce frequentandi, verum in eos liberè, amiceque admittentur, iisque subministrabuntur pro justo pretio omnia ea, quibus sive pro necessaria annona, sive Navium reparatione, aut alios in usus opus habebunt, quò se Mari tutò committere possint, absque quòd à dictis Navibus ulla qualiacunque jura, aut impositiones sub quocunque demum nomine, aut titulo exigi possint, quod ipsum & pro Indiis Orientalibus cautum esto, ita tamen, ut ne ullum in illis Commercium exercent, vel quidquam sibi, exceptis Viſtualibus, iisque rebus, quibus pro Navium reparatione, earumque instructu indigent, comparare valeant.

I I I.

Quod Naves Bellicas attinet, cum eadem ansam sequioris suspicionis facile præbere possent, iisdem ingressus in Portus & Sinus minus munitos prohibitus esto, nisi fortè ad evadendam tempestatem Maris, aut hostium insidias, illuc confugere compellerentur, quæ tamen, cessante hostii periculo, aut sedatâ Maris tempestate, ubi se se de rebus sibi necessariis providerint, absque ulteriori mora inde recipient, neque plures numero simul unâ è Classiariis è Navi in terram emittent, quàm Magistratus aut Præfectus loci iis permiserit, itaque se se in omnibus gerent, ut omnis metus justus, aut sinistra suspicio ab iis absit, quod in Indiis Orientalibus, in quibus præ aliis locis diffidi magis solet, præprimis observandum erit.

I V.

Præmissis non obstantibus, Naves Armatae seu Præfidiariæ prædas inimicis ereptas plenâ securitate in dictos Portus invehere, easque pariter inde reducere poterunt, absque solutione ullius Vectigalis, aut Portitorii,

torii, nisi forte petita prius ac obtenta facultate, eas in totum vel pro parte in illo loco divendere vellent, quo casu ea ipsa, de quibus infra circa merces conventum est, vestigalia persolvent.

V.

Naves onerariæ seu Mercatoriæ, cujuscunque magnitudinis eæ sint, quæ portum aliquem ob inclementiam Maris, sive ob hostilem infestationem, sive alia quacunque de causa ingredientur, Præfecto Loci literas salvi conductûs, literasque maritimas suas juxta formulam infra insertam conceptas exhibebunt, quò facto liberum iis erit inde abeundi, & recedendi absque ulla molestia, aut turbatione, neque ad exonerationem mercium, aut earum visitationem ullâ ratione adigentur.

V I.

Excipitur tamen ille casus, quo aliqua dictarum Navium ad aliquem Portum hostilem destinata foret, & per literas maritimas appareret, eandem mercibus vetitis oneratam esse, quo casu placuit ejusmodi Navem visitationem subire debere, quæ tamen non nisi in præsentia Judicis confertoris nationalis, si quando talis forte adesset, & Consulis, tali tamen moderatione ac cautelâ peragetur, ut ne merces dispergantur, iisque damnum aliquod inferatur, aut integumenta corrumpantur; attamen merces interdictæ in Navi repertæ fisco judicialiter addicentur, salvâ cæterum navi unâ cum reliquis mercibus, neque propterea à Præfecto Navis ullam multam pecuniariam, vel etiam sub prætextu visitationis, aut peracti processûs, ullos sumptus exigere fas esto.

V I I.

Porrò ad tollendas contentiones, quæ super vocabulo mercium interdictarum, vulgò *Contrebande*, nasci possent, è re visum fuit declarare, isthâc sub appellatio-

ne comprehendi, omnis generis rerum species tam fabrefactas, quàm non elaboratas, ad rem bellicam servientes, prout sunt arma quæcunque tam offensiva quàm defensiva, in specie verò Tormenta bellica, Mortaria ignivoma, vulgò *Mortiers* dicta, Falcones quoque & bombardæ ejaculandis lapidibus adaptatæ, Pyloclastra, Botuli sulphurei, vulgò *Saucisses*, Glandes igniarix, & manuariæ, vulgò *Grenades*, Globi vel Pila, Globuli item Fistulæ, Sclopeta item & Sclopi manuarii, seu *Pistoles*, Gladii insuper, Pugiones, Galeæ, Loricæ, & Baltei, Pulvis pyrius, Sal nitrosum, Asseres, & Ligna navibus exstruendis vel reparandis destinata, Vela, Pix nautica, & Funes, quæ omnia confiscationi obnoxia sunt, eo tamen duntaxat casu, quando in subsidium hostium, aut ad Portum inimicum, cujus Officialibus literæ maritimæ exhiberi deberent, destinata esse deprehenderentur: sub hoc interdicto comprehenduntur quoque omnes illæ cujusque Regionis merces, quas ab ea evehere, abducereque leges latæ vetant. Excipiuntur tamen triticum & omnigena frumenta, vina item, olea & fructus, cunctaque alia comestibilia, cuprum insuper, ferrum & chalybs, denique omne id, quod ad usum vestium utriusque sexûs pertinet, quin & vestimenta integra, dummodo Legionibus, aut Cohortibus integris vestiendis destinatæ non sint.

V I I I.

Si Navis Bellica Cæsarea in alto mari Navi Mercatoriæ ad Subditos Regis Hispaniarum spectanti obviam fieret, vel vicissim id contingeret, Navis Præfidiaria seu Bellica Mercatoriam propius, quàm ad Tormenti Bellici jactum, non accedet, verùm obviam eidem mittet scapham cum duobus duntaxat aut tribus hominibus, quibus Magister Navis onerariæ literas exhibebit maritimas, ex quibus intelligi possit, de quo loco proveniat, ad quem pertineat, & quas merces vehat; Et casu quo inter alias, merces quoque interdictas pro hostibus Domini Navis armatæ destinatas

secum vehere deprehenderetur, in hoc casu, & non alio ejusmodi merces vetitæ Fisco judicialiter addicentur, Navigio tamen, hominibus, mercibusque aliis salvis permanentibus; Fides autem literis maritimis à Magistro Navis exhibitis adhiberi debet, & ubi necesse visum fuerit, convenietur mutuò de certa tessera dictis literis maritimis simul unà imprimendâ, quò plenior iis fides haberi possit.

I X.

Conventum insuper est, libertatem Commercii & Navigationis per utrinque adeò amplam ac inimpeditam esse debere, ut quamvis alterutrum ex Serenissimis Contractantibus cum uno aut pluribus Principibus aut Statibus bello implicari contingeret, nihilominus Subditi alterius Serenissimi Contractantis Navigationem, & Commercium cum omnimoda securitate non fecus ac ante obortum bellum eò prosequi possint, ac valeant, sive deinde id fiat viâ directâ, sive ab uno Portu hostili ad aliùm Portum hostilem, idque tam eundo quam redeundo, sinè omni molestia, turbatione, aut impedimento ullo; excipitur tamen casus, quando Portus, quem intrare vellet, actu foret obsessus, aut ex parte Maris cinctus, interclususque; & pro tollenda omni dubitatione, quid hoc sub nomine intelligatur, placuit, nullum Portum maritimum pro actualiter obsesso cenferi debere, nisi duabus ad minimum Navibus Prædiariis in Mari, vel in Continenti uno saltèm Tormentorum muralium suggestu adeò interclusus esset, ut ejus ingressus non nisi sub grandine Tormentorum bellicorum tentari possët.

X.

Pactum, conventumque præterea est, omnes cujuscunque generis Merces ad Subditos alterutrius Serenissimorum Contractantium spectantes, si in Navi hostili repertæ fuerint, in Fiscum unà cum Navi cadere,

tametfi Merces illæ de genere interditarum non essent.

X I.

Subditi altèfatorum Serenissimorum Contractantium in Utriusque Ditionibus iis Portitoriorum, seu Vestigialium immunitatibus reciproce gaudebunt, quarum in possessione pacifica erant tempore Regis Caroli II., id tamen ad sensum infrâ Articulo XIII. uberius explicatum.

X I I.

Quælibet Navis, ad Suam Majestatem Cæsaream spectans, & Commercii causâ Portus Hispaniæ intrans, teneatur edere duas declarationes Mercium, quas ibi exonerare ac vendere destinavit, unam videlicet Conductori Vestigialium, aut Commissario Telonii, alteram verò Judici Mercium confiscabilium, neque antèa ei licitum erit foros Navis aperire, antequàm illi ad id data fuerit licentia, atque Custodes à Telonio ei submissi advenerint; neque ullo etiam tempore exonerare quidquam Mercium poterit sinè facultate sibi antecedenter in scriptis facta, eas ad telonium transportandi; e contra prohibentur Judices Fiscales, Officialesque Teloniorum ullum convolutum, arcas, seu capsas, dolia, & qualescunque demùm sarcinas, seu integumenta ad Merces spectantia, idque nec in Navi, nec in littore aperire, quousque Domui Telonariæ illatæ Merces non fuerint; quin postquam dictæ Merces in ea actu quoque depositæ fuerint, eas tamen non nisi in præsentia Proprietarii, vel sui Infitoris aperire licebit, quò nimirum Mercator ipse rationibus suis eò melius invigilare, vestigialia solvere, ac desuper Attestata, Apochasque petere, Merces deinde suas denuò convolvere, easque Sigillo Teloniorum loci consignari facere possit; quibus ita peractis Mercator Merces suas domum suam tutò transferre poterit, nulli deinceps ulteriori visitationi subjectas; libera quoque dictarum Mercium translatio

tio ab una domo ad aliam, ab uno item Repositorio ad aliud intrà muros Civitatis erit, dummodo intra horam octavam matutinam, & horam quintam pomeridianam id fiat. datà præviâ Conductoribus de *Alcavalas* & *Cientos* notiâ, quò animo id faciat, an ut Merces vendantur? Quò casu vestigialia necdum soluta persolvenda essent: an verò animo non vendendi? Quo casu Mercatori consuetum Attestatum, seu Testimonium desuper extractandum foret.

XIII.

Cùm præterea reciproco Commerciorum progressui nil magis officiat, quàm Vestigialium, quibus Merces excessivè gravantur, diversitas; Sua Majestas Regia Catholica huic malo mederi cupiens, per universa Regna sua in Europa sita jam aliquot ab hinc annis in gratiam Nationis Britannicæ consensit, statuitque, ut suppressis antiquis Vestigialibus, à Mercibus, sive cùm invehuntur, sive exportantur, olim exigi solitis, vel quæ post decessum Regis Caroli II. recenter imposita fuerunt, omnia undequaque Vestigialia ad unam duntaxat ubique æqualem summam redigantur, factâ taxatione ad Decem pro Centum, tam pro invectione quàm evectione solvenda; habitâ videlicet ratione juxta illarum æstimationem, ac valorem; id quod non solum Gadibus, in St. Mariæ, & aliis Portibus Coronæ Regni Castellæ, sed etiam in aliis, nimirum Arragoniæ, Valentia, & Catalonia Portibus locum habeat, solis duntaxat Provinciis Biscajæ & Guipuscoæ exceptis, in quibus Vestigialia pro invectione, & evectione in illa forma, ac modo solvantur, juxta ac cum Gallis hucusque observatum fuit, & cum Anglis, & Hollandis hodieum observatur: Cæterum Mercatores, vel ii, ad quos Merces spectant, solutis semel in ingressu in Hispaniam Decem pro Centum, eisdem terrâ, marique liberè quocunque transferre, vel etiam beneficio fluminum per omnes Hispaniæ partes sine ulteriori obligatione aliquod

aliud novum Vestigial, aut impositionem solvendi, in qualemcunque demùm Portum, vel Transitum dictæ Merces vectæ fuerint, traducere poterunt, sufficiatque ad id vel sola Attestata, seu Apochas primæ factæ solutionis, farcinasque plumbo, & Telonii signis conluetis notatas exhibere: Excipiuntur tamen Vestigialia d' *Alcavalas*, *Cientos*, & *Millones*, de quibus separatim tractatum fuit; cùm igitur Sacra Cæsareæ Catholica Majestas, & Sacra Regia Catholica Majestas expressè convenierint, quòd Eorum respectivè Subditi in omnibus Eorum Statibus, Territoriis, ac Provinciis, in quacunque demùm Mundi plaga sitis, frui, gaudereque debeant omnibus juribus, libertatibus, favoribus & immunitatibus, quæ fuerunt, sunt, aut erunt unquam concessæ Nationibus amicissimis, & nominatim Subditis, & Incolis Magnæ Britannicæ, Fœderati Belgii, & Urbibus Hanseaticis; idcirco Sua Majestas Regia Catholica hisce declarat, atque promittit, tribuere se Sux Majestatis Cæsareæ Subditis eorum, quæ in hoc Articulo continentur, plenum usum, atque effectum, ita ut in tota, quâ latè patet, Hispania pro Invectione, & Evectione, vel etiam Transitu Mercium amplius Vestigial pendere non teneantur, quàm supradicta Decem pro Centum, ad eum planè modum, quò Angli solent, exceptis tamen Vestigialibus d' *Alcavalas*, *Cientos*, & *Millones*, quorum intuitu conventum est, ut sequitur.

XIV.

Subditi Sacræ Majestatis Cæsareæ differre poterunt Solutionem Vestigialium d' *Alcavalas*, & *Cientos* nuncupatorum tam diù, quam diù Merces suas in Telonio, ubi accuratè asservabuntur, depositas esse sinunt; quòd si verò dictas Merces inde extrahere voluerint, animo easdem in alium Regni locum transvehendi, vel etiam in loco ipso vendendi, aut in domum suam transportandi, id eisdem omninò permissum erit, dummodò idoneè datis literis caveant de Solutione Vestigialis post duos menses à

vca-

venditione Mercium numerandos facienda, quibus præstitis eisdem Apocha dabitur, quâ acceptatâ Merces signatas, ac plumbatas aliò transferre, ac in quocunque Portu, aut loco Dominatûs Hispanici in Europa magnâ Mercaturâ, vulgò *en gros*, dividere poterunt; quòd si aliquis Officialis receptioni dictorum Vestigialium præpositus exhibitis sibi, visisque primæ solutionis Apochis, inspectisque signis & plumbo, Vestigial alterâ vice exigere, vel etiam translationi dictarum Mercium se se opponere præsumeret, talis multam bis mille Imperialium Thesauro Regio applicandorum luet, quæ tamen non nisi de prima venditione intelligenda sunt; quòd si verò mercator Merces suas minutim, seu per partes vendere vellet, is etiam juxta Edicta Regia particularia Vestigialia solvere tenebitur, at Officialibus non licebit plus quàm quindecim *Reales de Billon* pro certificationibus, seu quietantiis expediendis, de quibus supra, exigere.

XV.

Eadem Regula observabitur intuitu Vestigialis, vulgò *Millones*, nuncupati, quod pro piscibus, reliquaque annona exigitur, videlicet, ut id in earum Invectione denique tam diù exigi non debeat, aut possit, quàm diù earum Proprietarii eas in repositoriis publicis depositas esse sinunt; quamprimum verò eas in loca Regni interiora mittere, sive in loco ipso vendere, aut domum suam asportare voluerint, tunc obligabunt se in scriptis, cavebuntque idoneè de solutione dicti Vestigialis de *Millones* post duos menses à data obligatione præstanda; quò factò literæ necessariæ eis sine mora consignabuntur, mercesque plumbo ac notis distinctis à Conducto-ribus, aut Administratoribus dicti Vestigialis obsignatæ transferri ad loca quæcunque, in quibus consumi consueverunt, vendique absque ullo novæ Impositionis de *Millones* onere poterunt: Quòd si verò Officialis quispiam, aut Commissarius recep-

tor de *Millones* post exhibitas sibi Officiâ Apochas, notasque plumbi ac Signorum, id ipsum Vestigial iteratò exigere, vel verò Mercium transvectioni, aut venditioni se se opponere auderet, talis multam bis mille Imperialium luet, *Ærario Regio*, ut supra, applicandorum.

XVI.

Portus Guipuscoæ, & Biscajæ legibus Castellæ non subjectos quod concernit, in iis norma circa solvenda Vestigialia ea servetur, quæ supra Articulo XIII. intuitu aliarum Nationum præscripta legitur.

XVII.

Cùm Navales Mali, Antennæ, & Ligna ad fructuram Navium majorum & minorum Merces maximè necessariæ sint, placuit eas excipere à generali regula, ut adeò illarum Invectionio debeat esse libera ab omni Vestigialium exactione, sub quocunque etiam nomine aut titulo ea venire possent.

XVIII.

Ad tollendam omnem disceptationis ansam, quæ occasione taxandarum Mercium redemptores Vestigialium inter & Proprietarios Mercium oboriri possent, conventum est. Indicem illum Vestigialium, vulgò *Tariffam* dictum, Tractatumque Commercii inter Suam Majestatem Catholicam, & Magnæ Britanniæ Regem Anno 1716. in vim executionis Articuli III. Tractatûs Ultrajectensis factum, pro vera in hoc puncto inter Sux Majestatis Cæsareæ Subditos, & Vestigialium Conductores, seu Administratores, regula haberi, atque adeò Decem pro Centum universim solvi debere.

XIX.

Ratione diversarum specierum, quæ in dicta *Tariffa* fortè expressæ non essent, placuit consuetudini antiquæ inhætere, juxta quam

quam æstimatio Mercium quidem fieri debet per redemptorem Vectigalium, vel ejus Substitutum, eâ tamen lege, & conditione, ut Proprietario Mercium liberum sit, eas redemptori pro æstimato à se pretio cedere, quod iste in continenti in paratis solvere tenebitur.

X X.

Sal Hungaricum idem quod Sal Hispanicum Vectigal solvet: eadem æqualitas cum Sale Hispanico in Dominiis Suæ Majestatis Cæsareæ observabitur.

X X I.

Consentit Rex Catholicus Subditis Suæ Majestatis Cæsareæ, qui in Portibus, & Urbibus Regnorum Andalusie, Murciae, Aragonie, Valentie, & Catalonie, nec non in Provinciis Biscaje, & Guipuscoe degunt, domos habitationsi, & repositoria Mercibus suis servandis idonea, conducere, gaudebuntque iisdem, quibus Angli, & Hollandi in hoc puncto fruuntur, Privilegiis, Libertatibus, & Immunitatibus; idem jus ac privilegium reciprocum concedit Sua Majestas Cæsarea Subditis Hispanicis in suis Regnis, ac Provinciis.

X X I I.

Quæ inter Privilegia præcipuè sequentia sunt, facultas mutandi pro lubitu, & absque ulla prævia cujuscunque licentia domicilium; Immunitas ab omni inquisitione, visitatione, & molestia in illorum habitationibus, & apothecis ratione suorum mercimoniorum, nisi forsan gravis suspicio exurgeret, aut probari posset, fraudem aliquam contra vectigalia Regis commissam fuisse, quo casu visitatio locum, eâ tamen cautelâ habeat, ut non nisi in præsentia Consulis, qui ad hoc per expressum advocabitur, peragatur, nullâ cæteroque aliâ molestiâ mercatorem, aut ejus merces afficiendo; quod si mercator convictus fuerit, eum merces fraudulenter

invenisse, eæ confiscabuntur, isque insuper visitationis sumptus luet, suâ tamen Personâ, cæterisque mercimoniis, liberis permanentibus: vicissim Sua Majestas Cæsarea Subditis Suæ Majestatis Catholicæ parem libertatem, ac privilegia in omnibus suis Regionibus adpromittit.

X X I I I.

Subditi altetatorum Contractantium, qui in unius alteriusve Dominiis negotiorum causâ domicilia fixerint, nulli cuicunque demùm libros suos rationum, nisi fortè pro eruenda aliqua probatione, exhibere teneantur, neque dictos libros apprehendere, aut è manibus eorum eripere, sub qualicunque prætextu ulli liceat, quos etiam in qualicunque Idiomate pro lubitu conscribere poterunt, absque quod ad eos in alio Idiomate conscribendos adigi possint.

X X I V.

Utriusque Partis Subditi cujuscunque qualitatis, aut conditionis sint, in propria persona nec à Gubernatoribus, nec à Ministris Justitiæ arrestari poterunt ob debita publica aut particularia ab iis ipsis non contracta, vel pro quibus ipsi non cavissent, neque etiam ob similes causas arrestari poterunt illorum bona, & mercimonia sive durante pace, aut superveniente ejusdem rupturâ; Et in hoc articulo in specie comprehendantur Magistri Navium, eorum Officiales, & Navicularii, Naves item majores & minores cum omni sua vectura.

X X V.

Pariter præfatas Naves sive Bellicæ, Mercatorie, Vectorie, aut alterius cujuscunque speciei sint, nullo sive generali, sive particulari mandato detinere liceat, sive deinde id in usum belli, sive comæatus causâ fiat, nisi hac super re cum Præfectis, aut ipfismet Proprietariis Navium peculiariter liberè, spontaneèque convenissent;

B

multò

multo minus licitum erit per vim compellere Officiales, aut Navicularios ad defendendas eorum Naves, & ad serviendum in aliqua Classe Navali, quam instruere, aut sub alia manu militari, quam instituere vellent, etiam si id ad breve tempus esset, & in occasionibus maxime prementibus contingeret; si verò suapte ad servitia ipsi se offerrent, eosdem conducere liberum erit.

XXVI.

Quoad Immunitatem personalem, per præsentem Tractatum omnibus alterutrinque commerciantibus, ipsorumque familiis concessam; ea non tantum ad Exemptionem à servitio militari, sed etiam à Tutelis, Curatelis, & Administrationibus qualiumcunque Bonorum, Negotiorum, aut Personarum extendetur, nisi fortè similia munia ipsi suapte suscipere vellent.

XXVII.

Liberum iis erit, sibi met Advocatos, Doctores, Agentes, Procuratores, & Sollicitatores, quando iis opus habent, constituere, & si proprios, particularesque Proxentitas habere desiderarent, unum aut duos è numero eorum, qui in loco sunt, seligere sibi poterunt, qui presentati acceptabuntur, habilesque agnoscentur, qui soli negotia sibi commissa procurent.

XXVIII.

In omnibus Portibus, & primis Emporiis, in quibus Imperatori, Regique visum fuerit, constituentur Consules Nationales, qui tutelam Mercatorum utrinque subditorum gerant, quique omnibus iis gaudebunt juribus, autoritatibus, libertatibus, & immunitatibus, quibus aliæ Nationes amicissimæ gaudere solent.

XXIX.

Habebunt hi Consules, peculiari facul-

tatem & auctoritatem super litigiis inter Mercatores & Præfectos Navium, vel inter hos & eorum Nautas vertentibus, arbitrariè cognoscendi, & eaque decidendi, sive ea ratione Naulorum, & Salariorum, sive alia de causa suscitata fuerint, à quorum sententia non licebit appellare ad Judices locorum, sed ad eos, qui à Principe, cujus ipsi Subditi sunt, constituti sunt.

XXX.

Quod Judices conservatores attinet, qui sub præcedentibus Regnis Magistratum in Hispania valde spectabilem efficiebant, atque à Regibus olim Nationibus præ aliis magis gratificatis cum potestate cognoscendi, & judicandi privativè super omnibus eorum Nationalium causis tam civilibus quam criminalibus sibi constituere concessum erat; conventum est, quòd si Sua Majestas Regia Catholica hocce privilegium cuidam alteri nationi, qualiscunque illa esset, deinceps concederet, Subditis Suxæ Majestatis Cæsareæ id ipsum pariter concessum intelligi debeat: Interim verò universis Judicibus, ac Magistratibus ordinariis seriò mandabitur, ut justitiam iisdem promptè administrent, eamque sinè ulla partialitate, favore, aut affectione absque mora executioni mandent: Sua Majestas Catholica consentit insuper, quòd à Sententiis in causis Subditos Suxæ Majestatis Cæsareæ tangentibus ad Consilium Commerciorum Madritense duntaxat, & non ad aliud Tribunal appellari possit.

XXXI.

Jus Albinagii, vel alia similia intuitu utriusque Serenissimorum Contractantium Subditorum neutiquam exerceatur, verum defunctorum, ubicunque decesserint, hæredes, è qualicunque Regione, aut Provincia ii sint, sinè ullo impedimento iis in omnibus bonis tam mobilibus, quam immobilibus, sive testato vel ab intestato decesserint, juxta successionum aut hæreditatum ordines locorum, ubi ejusmodi hæreditates

ditates extiterint, succedent; Et casu quo duo, aut plures inter se super hæreditate litigarent, tunc Judices Locorum litem per sententiam definitivè decidant.

XXXII.

Si quando Mercatorem, aut alium Subditum artefactorum Contractantium in Ditione alterius decedere contingeret, tunc Consul, aut alius Minister eorum publicus, si quis præsens sit, in domum Defuncti se conferet, superque mercibus omnibus, & effectibus, prout & super chartis, & libris ejusdem Inventarium conficiet, & omnia juxta datum sibi desuper mandatum pro hæredibus fideliter asservabit; si verò Mercatorem, aut Subditum in itinere decedere accideret, vel in quodam loco, ubi nec Consul Nationis, nec alius Minister publicus adesset, in tali casu Judex loci Inventarium in præsentia testium summâ, quâ fieri poterit, sumptuum parsimoniâ conficiet, consignabitque Patrifamilias, vel Proprietario Domus res inventatas, ut eas fideliter conservet, quibus peractis, Minister publicum tunc temporis in Aula residentem, vel Consulem loci, ubi Domus, & Familia defuncti existeret, de re omni certiores faciet, quò hi quempiam mittere valeant, qui res inventatas recipiat, & ea, quæ debentur, persolvat.

XXXIII.

Si aliqua navis ad alterutrum Serenissimorum Contractantium, aut illorum Subditos spectans in tractu eorum maritimo naufragium patiatur, in eo casu Officialis Domaniorum, vel Fisci nihil sibi juris in eam prætereendere poterunt, & deprædatio omnis severè prohibebitur privatis quibuscunque, quin imò Dominus, ac Magistratus loci magis vicini omni ope subvenire teneantur naufragium passis, salvareque de navi rupta quantum poterunt, idque in securum collocare, quo ipso jure salvationis quinque nimirum pro Centum juxta æstimationem mercium gaudebunt, iisque

sumptus in hanc piam operam impensè refundentur, at si Navis, quamcumvis valde læsa, integræ tamen permanserit, neque Nautæ, & Navicularii perierint, ipsismet incumbet curam habere rerum salvandarum, quibus tamen promptum auxilium, & assistentia feretur, ministrando illis justo pretio ea, quibus indigebunt.

XXXIV.

Sua Majestas Catholica non permittet, ut sub politicæ vel alio prætextu mercibus ad Subditos Suxæ Majestatis Cæsareæ spectantibus aliqua limitatio pretii imponatur, verum iis licitum erit, eas tanti, quanti cursus commerciorum ordinarius patitur, divendere; quâ ipsâ libertate pariter Regis Catholici Subditi in Ditionibus Suxæ Majestatis Cæsareæ quoque gaudebunt.

XXXV.

Si cujuspiam Mercatoris Hispanici, aut Suxæ Majestatis Cæsareæ subditi, bona confiscarentur, & inter illa quidam effectus ad alium Mercatorem, aut personam privatam spectantes reperirentur, tunc dicti effectus eorundem proprietario restituentur, etiam si jam venditi, dummodo pecunia vel in totum vel pro parte necdum exsoluta fuisset; Et in casu, quo similes effectus, aut merces apud Mercatorem, cujus bona apprehensa essent, tantum depositæ fuissent, isque eas sine permissione deponentis vendidisset, tunc æstimatio dictarum mercium ut verum depositum considerabitur, solveturque jure prælationis dicto deponenti,

XXXVI.

Subditis, & Navibus Suxæ Majestatis Cæsareæ omnis generis fructus, res, & mercimonia ex Indiis Orientalibus in quosvis Regis Hispaniarum Status, & Ditiones portare, ac invehere permittetur, dummodo ex testimoniis Deputatorum Societatis Indicæ in Belgio Austriaco erectæ appareat, illas esse de locis conquestis, Colonias,

aut *Factories*, ut vocant, dictæ Societatis, aut quod ab inde provenerint; Et in hac consideratione iisdem privilegiis gaudebunt, quæ Subditis Provinciarum Unitarum per Schedulas Regias 27. Junii, & 3. Julii anni 1663. concessa, & 30. Junii ac 4. Julii, dicti anni publicata fuerunt: Insuper Sua Majestas Catholica declarat, concedere se Subditis Sux Majestatis Cæsareæ omnia ea, quæ Dominis Statibus Generalibus Unitarum Belgii Provinciarum per Tractatum anni 1648. tam intuitu Indiarum, quam cæterorum omnium, quæ dicto Tractatu applicabilia, atque illi, uti etiam paci inter Suas Majestates conclusæ repugnancia non erunt, concessa fuerunt.

XXXVII.

Quod commercium in Insulis Canariis concernit, Subditi Sux Majestatis Cæsareæ in illo iisdem emolumentis gaudebunt, quibus Angli, & Hollandi gaudent.

XXXVIII.

Bona, & res quæcunque tempore belli metu confiscationis absconditæ proprietariis suis jure remanebunt, nemoque ex causa, quod eas contra prohibitiones occultaverit, molestabitur.

XXXIX.

Debita pariter ab utrinque Subditis ex causa Commerci, aut aliâ contracta, dummodò ea intermedio tempore confiscata non fuerint, integrè absque tamen usuris exsolventur, bellò, quod intercessit, non obstante.

XL.

Contra Merces, aliæque res mobiles, ante Conclusionem Pacis utrinque à Fisco occupatæ, non restituentur, idque ad evitandas infinitas lites, quæ super iis oriri possent.

XLI.

Literæ Repressaliarum, de præterito quacunque de causa ex una alterave parte concessæ, declarantur nullæ, ac Sux Majestates in futurum nullas amplius in odium, & damnum Subditorum concedere se velle reciprocè promittunt, nisi in casu manifesto denegatæ justitiæ, qui tamen nisi post moram, aut retardationem biennalem à porrecto primo libello pro probato non habebitur; quò elapso actor libellum supplicem pro impetrandis literis Repressaliarum suo Principi porriget, qui Ministro alterius Principis, si quis in Aula adsit, vel qui illius negotia ibi gerit, communicabitur, quò factò sententia definitiva adhuc sex mensibus differenda erit, quibus demùm lapsis, literæ Repressaliarum decerni poterunt.

XLII.

Subditis Sux Majestatis Cæsareæ, & Sux Majestatis Regiæ Catholicæ strictè interdicitur, Commissiones ut vocant, privatim armandi, aut literas Repressales pro faciendis excursionibus hostilibus adversus alterutrius Subditos, à quocunque alio Principe accipere; quòd si quis huic Articulo contravenerit, is ceu Pyrata tractabitur, non solum in Provinciis, contra quas ejusmodi Commissiones accepit, postquam in flagranti suæ excursionis captus, in eas perductus fuerit, sed & in omnibus illius Principis, cujus Subditus est, Dominiis: Itaque contra talem ad primam querelam criminaliter ad executionem usque procedetur.

XLIII.

Cum seria Sacræ Cæsareæ Catholicæ Majestatis, Suxque Regiæ Catholicæ Majestatis voluntas sit, ut Pax, Concordia, & Amicitia ab utrinque Subditis adeò sincerè colatur, ut ubi occurrerit, mutuum sibi auxilium, opemque præsent, conventum est, quòd si Navis aliqua ad Subditos Sux Majestatis Cæsareæ spectans, à communi quo-

quodam hoste capta, ista verò ab eo per aliquam Navim bellicam seu armatam Suae Majestatis Regiæ Catholicæ iterum recuperata, istaque recuperatio intra primas quadraginta octo horas, quibus in hostium potestate erat, facta fuerit, Recuperatori quinta pars Navis, ejusque oneris, quod vehit, in præmium cedit: Si verò secundis quadraginta octo horis liberata fuerit capta Navis, tertiam partem Receptor habebit: Et demùm si post has ultimas quadraginta octo horas Navis reciperetur, dimidium Navis, ejusque oneris ei debetur, alterâ mediâ parte ad proprietarios suos redeunte: Idem obtinebit, si Navis aliqua recuperata ad Subditos Suae Majestatis Regiæ Catholicæ pertineret, Recuperator verò Navis Bellica seu armata Suae Majestatis Cæsareæ foret.

X L I V.

Et quamquam sperare liceat, Pacem, quæ Suam Majestatem Cæsaream Catholicam inter, & Suam Regiam Catholicam Majestatem, Eorumque Successores, Regna & Dominia Deo favente recens stabilita fuit, quàm diutissimè duraturam esse, nullâ hinc inde ansâ aut offensâ infringendam; quia tamen mundana omnia imprævisis vicissitudinibus obnoxia sunt, conventum est, quòd si novum Bellum, quod Deus avertat, inter eos oriretur, Mercatoribus, & Subditis, qui in alterutrius Portibus, Urbibus, Ditionibus, & Provinciis eò tempore habitarent, spatium sex mensium concedi debeat, intrâ quòd ii cum omnimoda securitate se, suas familias, bona, res, & Merces unâ cum suis Navibus, & omni suo onere cum Magistris Navium, Officialibus, rebusque omnibus, quæ ad ipsos spectant, recipere se se, nomina quoque sua pro suo commodo aut utilitate legitime contracta, cum aliis juribus & actionibus, quorum, quarumve intuitu prompta iis justitia administrabitur, exigere, & Patriam suam repetere possint.

X L V.

Ut præcedens Articulus nullo ambiguitatis scrupulo subiaceat, is hõcce Articulus sequentem in modum declaratur, videlicet, quòd dictis Mercatoribus intrâ spatium dictorum sex mensium Commercium sua prosequi, vendere, emere, permutare, ac omnes suas Merces prout & se se, familias suas proprias & infitorum & Domesticorum sinè minima molestia aut obstaculo per Mare, Terramque transferre, eâ omninò libertate, quâ durante Pace, id facere potuerunt, permissum, concessumque permanere debeat, haud secus ac si nullum bellum intercederet, dummodò pacificè se ac modestè gerant, & à clandestinis quibusvis moliminibus contra statum publicum abstineant: Convenire insuper in judicio durante hõc terminò sex mensium Debitores suos poterunt, quibus justitia tam promptè administrabitur, ut sententia antè istius termini lapsum feratur; & si unquam fieri possit, executioni mandetur; Quòd si verò adhibitâ omnî diligentia sententia definitiva pronuntiari, ejusdemve executio ante dicti termini lapsum fieri nequiret, memoratis Subditis discedentibus permittetur, jura, actionesque suas, sive actores in causâ, sive rei sint, per Procuratores prosequi, exigereque ea, quæ ipsis adjudicabuntur, aut vigore sententiæ jam latæ debentur, prætextu belli inter Principes eò tempore ferventis in hoc passu nullatenus illis obitante.

X L V I.

Conventum præterea est intuitu dictorum respectivè Subditorum, Mercatorum, aliorumque, qui in præfato termino sex mensium discedere debebunt, ut illis petentibus literæ salvi conductûs concedantur, in quibus locus discessûs, locusque, ad quem tendunt, numerus item personarum unâ cum rebus, quas secum ferunt, specificè designabuntur, quibus literis debitus terrâ marique honos, ac respectus habebitur,

tur, per totum earum durationis tempus, quod ipsum in duplum plus, quam aliàs iter à loco discessus ad locum accessus exigeret, extendetur, etiamsi certum esset, nullam ipsis in reditu moram, aut obstaculum injici posse: Pariles falvi conductus subministrabuntur quoque Navibus in Portibus commorantibus, ut cum suo onere tuto, secureque ad suos reverti possint.

XLVII.

Postremò conventum est, quòd omnia in universum, quæ in utilitatem Nationis Britannicæ in Tractatibus Madritensibus de 27. Maji 1667. & 18. Julii 1670. atque etiam in Tractatibus Pacis, & Commerciorum Ultrajectensibus anno 1713. & novissimè in Tractu seu Conventione stipulata fuerunt, hîc autem verbotenus expressa aut sufficienter explicata non sunt, in favorem quoque Subditorum Suxæ Majestatis Cæsareæ, in quantum ipsis applicari poterunt, pro nominatim expressis, insertisque habeantur, quod ipsum de iis quoque, quæ Subditis Provinciarum Unitarum per Tractatum Pacis Monasteriensem anno 1648. Tractatum Maritimum Hagæ-Comitum anno 1650. & per Tractatum Pacis, & Commerciorum Ultrajecten-

sem anno 1714. commoda concessa fuerunt, intelligatur, ita ut si dubium forte in hoc vel illo casu oriretur, quidnam in Hispania, aut cæteris Regis Catholici Regnis intuitu Subditorum Suxæ Majestatis Cæsareæ observandum veniret, supradicti Tractatus, quæque in iis à præcedentibus Hispaniarum Regibus, & à Sua Regia Majestate hodie regnante supra memoratis duabus Nationibus sub præmissis datis concessa fuerunt, in casibus dubiis aut in hoc Instrumento omissis pro norma ac regula fervire debeant.

Præfens Tractatus ratihabebitur à Sacra Cæsareâ Catholica Majestate, & à Sacra Regia Catholica Majestate, Ratificationumque Instrumenta intra spatium Trium mensium, aut citius, si fieri poterit, commutabuntur.

In quorum fidem nos infrascripti Suxæ Majestatis Cæsareæ Catholicæ, & Suxæ Majestatis Regiæ Catholicæ respectivè Commissarii & Legati Extraordinarii Plenipotentiarii præsentem Navigationis, & Commerciorum Tractatum nostris manibus subscripsimus, & Sigillis nostris munivimus. Viennæ Austriæ die Primâ Mensis Maji Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo quinto.

(L.S.) Eugenius à Sabaudia.

(L.S.) J.G. Baro di Ripperda.

(L.S.) Philippus Ludovicus Comes à Sinzendorff.

(L.S.) Gundacarus Comes à Starhenberg.

Tenor

Tenor Plenipotentiarum Cæsarearum.

NOS CAROLUS Sextus
 Divinâ favente Clementiâ Ele-
 ctus Romanorum Imperator sem-
 per Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum,
 utriusque Sicilia, Hungariæ, Bohemiæ,
 Dalmatiæ, Croatia, Slavoniæque Rex, Ar-
 chi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Bra-
 bantiæ, Mediolani, Mantuæ, Styriæ, Ca-
 rinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Luxemburgi,
 Geldriæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ,
 & Württembergæ, Princeps Sueviæ, Mar-
 chio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, Mo-
 raviæ, Superioris & Inferioris Lusatiæ, Co-
 enes Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferre-
 tis, Kyburgi, Goritiæ, & Namurci, Land-
 gravius Alsatia, Dominus Marchiæ, Sla-
 voniæ, Portus Naonis, & Salinarum, &c. &c.
 Notum, testatumque facimus. Cum Sere-
 nissimo Hispaniarum Indiarumque Regi Ca-
 tholico PHILIPPO V. visum sit, eos inter
 Nos utrosque adhuc pendentes Controver-
 siarum Articulos, qui in Tractatu Londi-
 nensi de Anno 1718. ad peculiarem Con-
 gressum definiendi remissi fuerunt, hæc
 Vienna mutuo inter Nos amicè componere,
 postquam super iis Cameraci loco ad istum
 Congressum subinde destinato sub Mediatione
 Serenissimorum Gallia & Magna Bri-
 tanniæ Regum jam à triennio ab hinc
 & ultra magnis quidem, verum irritis, con-
 atibus allaboratum fuit; eumque in finem
 ad Nos Ministrum cum Legati Extraordi-
 narii munere, amploque mandato instru-
 ctum Illustræ & Magnificum Joannem
 Guilielmum Liberum Baronem à Ripper-
 da, Dominum de Jensema, Engelenburgh,
 Poelgeest, Koude-Kente & Ferwert, Judicem
 Hereditarium de Humsterlant, & Campen
 miserit, qui exhibitis Plenipotentia sua

Literis ad aggrediendum, perficiendumque
 commissum sibi hocce negotium sufficienter
 munitus, agnitus fuit; Quod Nos tam pio
 consolidandæque Universæ Europæ quieti
 proficuo Consilio accedentes, in comperta
 fide, prudentia, ac rerum gerendarum usu
 Illustrissimi Principis Eugenii à Sabaudia
 & Vedemontio, Nostri Consilii Actualis
 Intimi, Consilii Aulico-Bellici Præsidis,
 Nostrique Locumtenentis Generalis, Sacri
 Rom. Imperii Campi-Mareschalli, ac Nostro-
 rum Statuum per Italiam Vicarii Genera-
 lis, Aurei Velleris Equitis: Illustris item &
 Magnifici Philippi Ludovici Sac. Rom. Im-
 perii Thesaurarii hereditarii Comititis à Sin-
 zendorff, Liberi Baronis in Erastbrunn,
 Domini Dynastiæ Gföll, Superioris Se-
 loviz, Porliz, Sabor, Mülzig, Loos,
 Zaan, & Droskau, Burgravi in Reineck,
 Supremi hereditarii Pincernæ in Austria ad
 Anasum, Aurei Velleris Equitis, Nostri
 Consilii Actualis Intimi, ac Prinzi Au-
 la Cancellarii: nec non Illustris & Magni-
 fici Gundaccari Thomæ Sac. Rom. Imperii
 Comititis de Starbenberg in Schaumburg &
 Waxenberg, Domini Ditionum Eschelberg,
 Liechtenhaag, Rottenegg, Freystatt, Haus
 Oberwalsée, Senfftenberg, Bodendorff,
 Hatwan, Aurei Velleris Equitis, Nostri
 Consilii Intimi actualis, Archiducatus
 Austria Superioris & Inferioris Mareschal-
 li hereditarii: plurimum confisi, eos ad
 tractandum, concludendum, & signandum
 Nostro Nomine cum præfato Regio Legato
 Extraordinario & Plenipotentiaro propositos
 Pacis Articulos, & si quæ alia fortè, ad quæ
 specialiiori mandato opus esset, tractanda oc-
 currerent, Commissarios Nostros tanquam
 Legatos Nostros Extraordinarios nominave-
 rimus.

rimus, & constituerimus, prout eos Vigore harum nominamus & constituimus: Nantes eis plenam & omnimodam potestatem, authoritatem, & mandatum, hunc Tractatum, ejusque Conditiones & Articulos, & si qua alia tractanda viderentur, cum praefato Regio Legato Extraordinario Plenipotentiarario, tractandi, concludendi & Signandi, desuper Instrumenta unum vel plura conficiendi, eaque omnia agendi & faciendi, quae Nos, si rem Ipsi tractaremus, agere, facereque possemus. Verbo Casareo - Regio & Archiducali promittentes, Nos, quae per memoratos Nostros Commissarios tanquam Legatos Nostros Extraordinarios, & Plenipotentiararios, aut alterutris eorum absentibus vel impeditis duos aut denique unum illorum

ita acta, conclusa, & signata fuerint, rata, grata, acceptaque habituros, Nostraque Ratificationum Instrumenta etiam jurata in tempore convento extradituros esse. In quorum fidem, majusque robur praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Nostro appenso muniri iussimus. Datas ex Arce Nostra Luxemburgi Die 28. Mensis Aprilis Anno 1725. Regnorum Nostrorum Romani decimo quarto, Hispaniarum vigesimo secundo, Hungarici vero & Bohemici decimo quinto.

CAROLUS.

Joan. Frid. Comes à Seilern.

Ad Mand. Sac. Cæs. & Cathol. Majestatis proprium.

Joan. Georgius Buol, S. R. I. Eq.

Tenor Plenipotentiarum Hispanicarum.

DON FELIPE por la Gracia de Dios Rey de Castilla, de Lion, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jerusalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Cordova, de Corcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales, y Occidentales, Islas, y Tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, Brabante, y Milan, Conde de Abspurg, Flandes, Tirol, y Barcelona, Señor de Viscaya, y de Molina, &c. Por quanto, deseando dar à mis Pueblos y Vassallos el consuelo, y alivio de una Paz universal, he solicitado por medio del Congresso de Cambray, hazerla particularmente, con el muy Alto, y muy Poderoso Emperador de

Alemania, y habiendo manifestado la experiencia de estos ultimos quatro años, quanto se dilata el logro de esta importancia, que siempre mas procuro, para mi mayor satisfaccion, valiendome de todos los medios posibles, y queriendo usar de aquel de embiar, à la Corte de Vienna, reservada - y segretamente, una Persona de entera Confianza, que haga notorios al Emperador mis buenos deseos, y anelos de establecer la mas segura durable Paz entre mi Corona, y la de Su Magestad Imperial, y la mas estrecha amistad, y buena correspondencia entre ambos, como conviene, y es muy conforme à toda consideracion. Por las experiencias, y satisfacion que tengo de vos Don Juan Guillermo Baron de Ripperda, Señor de Jenfema, Engelenburg, Poelgeest, Koude- Ken-

Kente, y Ferwert, y Juez Hereditario de Humsterlant, y de Campen, he rifleto elegiros, y nombraros (como en virtud de la presente os nombro) paraque con el grado de mi Embaxador Extraordinario Plenipotenciario, passéis al referido importante fin, y al de hazer otros convenientes Tratados à la Corte de Viena, y os doy tan cumplido Poder, facultad, y authoridad, como es necessario, y conviene, paraque por mi, y en mi Nombre, y representando mi propia Persona, podais proponer, ofrezar, oyr, consentir, asentir, y capitular con el expressado muy Alto, y muy Poderoso Emperador de Alemania, ò el Ministro, ù Personas que nombrare, y os diputare para este efecto, todo lo que juzgareis preciso, y conveniente al referido importante fin, al de mi servicio, al bien de mis Reynos, y mayor seguridad, y permanencia de la Paz, que deseo, de la union, buena correspondencia, y alianza, que solicito establecer entre ellos, y los de el Emperador: Y paraque en orden à esto podais hazer todo aquello, que yo haria, y hazer podria, aunque sea de tal calidad que requiriesse otro mas espezial Poder, y comission, y obligarme à mi al cumplimiento de ello. Por tanto declaro, y doy mi fee, y palabra Real,

que todo lo que fuere hecho, tratado, y concertado por vos el expressado Don Juan Guillermo Baron di Ripperda, con el referido Emperador de Alemania, ò el Ministro, ù Personas que nombrare, desde ahora para entonzes, lo consiento, y apruebo, y lo tengo, y tendré por bueno en todo tiempo, la forma en que lo concluyeredes, y me obligo à estar y passar por ello, como cosa hecha en mi Real Nombre, por mi Voluntad y Authoridad Real, y lo cumplire, puntual y exactamente: Y assi mismo me obligo à que dentro de el termino, que se señalaré, segun se estila, aprobaré, y ratificaré en espezial forma, con las fuerzas, Juramentos, y requisitos necesarios, y acostumbrados, todo lo que en virtud de este Poder se concluyere, y asentare, general e individualmente, paraque sea valido, y establecido ahora y en todo tiempo, y para firmeza de ello mandè despachar la presente, firmada de mi mano, sellada con el Sello secreto, y refrendada de mi infracripto Secretario de Estado, y de el Despacho. Dada en Madrid à veinte y dos de Noviembre, de Mil setecientos y veinte y quatro.

YO EL REY.

Lugar del Sello.
D. Juan Baptista de Orendayn.

Ratificatio Suæ Sac. Cæs. & Cathol. Majestatis.

NOS CAROLUS Sextus
Divinâ favente Clementiâ
Electus Romanorum Imperator,
semper Augustus, ac Germaniæ,
Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hungariæ,
Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiaë,
Slavoniæque Rex, &c. Archi-Dux Au-

striæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ,
Mediolani, Mantuæ, Styriæ, Carinthiæ,
Carnioliæ, Limburgi, Lucemburgi,
Geldriæ, ac Superioris & Inferioris
Silesiæ & Würtembergæ, Princeps
Sueviæ, Marchio Sac. Rom. Imperii

perii Burgoviæ, Moraviæ, Superioris & Inferioris Lusatiæ, Comes Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiæ, & Namurci, Landgravius Alsatiæ, Dominus Marchiæ Slavoniæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. &c. Notum facimus omnibus & singulis, quorum interest, aut interesse quomodolibet potest. Cum Paci Nos inter & Serenissimum & Potentissimum Principem PHILIPPUM hujus Nominis Quintum Hispaniarum ac Indiarum Regem Catholicum Die trigesimâ Mensis Aprilis proximè præteriti felicibus auspiciis hic Viennæ initæ alium Navigationis & Commerciorum Tractatum addere è re communi visum sit, ex quo Regna quoque utriusque Nostra & Subditi tam lætæ Pacis fructus, comoda & emolumenta itidem sentirent, isque Tractatus per Legatos utrinque Extraordinarios (quorum nomina subjecto Conventionis Instrumento inserta leguntur) cum amplo Mandato munitos die & anno infrascripto in sequentes conditiones & Articulos conclusus, subscriptus ac signatus fuerit.

Hic loci insertus fuit Tractatus Commerciorum & Navigationis.

Quod Nos visis & examinatis istis Articulis eosdem in omnibus suis Ca-

pitibus & Conditionibus universim approbaverimus, ratificaverimus, & confirmaverimus, prout & eosdem vigore præsentium approbamus, ratificamus & confirmamus, Verbo Cæsareo, Regio atque Archiducali pro Nobis, Successoribus & Hæredibus Nostris spondentes, Nos, quæ ita in hoc cæ Navigationis & Commerciorum Tractatu conventa, pacta, & à Nobis modò approbata fuerunt, sub Juramento observaturos, & ut à Subditis Nostris pariter observentur, curaturos: neque ut à quopiam ullâ ratione violentur, quantum in Nobis est, unquam admissuros esse. In quorum perpetuum robur ac Testimonium præsentibus manu Nostrâ subscriptis Sigillum Nostrum appendi jussimus. Dabantur ex Arce Nostra Laxemburgi die XVI. Mensis Jun. anno millesimo septingentesimo vigesimo quinto, Regnorum Nostrorum Romani decimo quarto, Hispaniarum vigesimo secundo, Hungarici verò & Bohemici decimo quinto.

CAROLUS.

Joan. Frid. Comes à Seilern.

Ad Mand. Sac. Cæs. & Cathol. Majestatis proprium.

Joan. Georgius Buol, S. R. I. Eq.

Ratificatio Suæ Majestatis Regiæ Catholicæ.

PHILIPPUS DEI Gratiâ, Castella, Legionis, Arragoniæ, utriusque Sicilia, Hierosolymarum, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiniæ, Gallicæ, Majoricæ, Hispalis, Sardinie, Cordubæ, Corsicæ, Murtiæ, Giennæ, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltariæ, Insula-

rum Canariæ, Indiarum Orientalium, & Occidentalium, Insularum, & Continentis Mariæ Oceani Rex, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis, & Barcinonis, Dominus Biscagiæ & Molinæ, &c. Cum haud multo post Nostram ad fastidium Rex, &c. Archi-Dux Au-

gium hujus Hispaniarum Monarchia promotionem, DEUS ob inscrutabilia Sua Altissima Providentia judicia percruentum Bellum, quod tot annis Europam vexavit, sed nominatim, tam Nostri, quam Serenissimi & Potentissimi Romanorum Imperatoris Subditos, ac Vasallos afflicto, dum precipue in reciproci Commerccii usu & libertate, uno profecto ex prestantioribus concordia fructibus orbavit; inter Nos Serenissimumque & Potentissimum Romanorum Imperatorem accensum fuisse, permiserit: idcirco cum denique DEO Pacem jam diu interruptam, inter Nos & jam praefatam Caesarem Majestatem feliciter conclusam, & solide restabilitam fuisse placuerit, perutile peculiarem Navigationis, & Commercciorum Tractatum constituere visum fuit, per quod bonorum communio, qua quidem potius ingenua amicitiae pignus est, magis atque magis firmetur, & stabiliat, qua ex via tam Nostri, quam Altesatae Caesarem Majestatis Subditi initium ducant, & persruendis Pacis uberrimis beneficiis operam navent, & in hunc finem cum Ministri Plenipotentiarii, videlicet ex Nostra parte Dominus Joannes Guilielmus Baro de Ripperda, Dominus de Jensema, Engelenburg, Poelgeest, Kaudekente, & Ferwert, Judex Hereditarius de Humsterlant, & Campen, ad tractandam, finiendam & concludendam Pacem jam suprafatam, & Tractatu Die trigesima Aprilis proxime lapsi Vienna subscripto, Nutu DEI conclusam, ad omneque ipsam spectans stipulandum, & concludendum, Minister Legatus Extraordinarius, & Plenipotentiarius a Nobis apud Serenissimum & Potentissimum Romanorum Imperatorem constitutus: & ex parte Suae Majestatis Caesareae Eugenius Sabaudiae & Pedemontium Princeps Altesatae Suae Majestatis Caesareae Consilia-

rius Actualis Intimus, Consilii Aulico Belgici Praeses, summumque Locum Tenens Generalis, Sacri Romani Imperii Campi Marschallus, ac ejusdem Statuum per Italiam Vicarius Generalis, Aurei Velleris Eques: nec non Philippus Ludovicus Sacri Romani Imperii Thesaurarius Hereditarius Comes a Sinzendorff, Liber Baro in Ernstbrunn, Dominus Dynastiarum Gföll, Superioris Seloviz, Porliz, Sabor, Mulzig, Loos, Zaar, & Droskau, Burgavicus in Reineck, Supremus Hereditarius Scoutiferus ac Praefor in Superiori & Inferiori Austria, Hereditarius Pincerna in Austria ad Anasum, Aurei Velleris Eques, Sacrae Caesareae Majestatis Camerarius, Actualis Consiliarius Intimus, ac Primus Aule Cancellarius; ac Gundaccarus Thomas Sacri Romani Imperii Comes de Starhemberg, in Schaumburg & Waxenberg, Dominus Ditionum Eschelberg, Liechtenbaag, Rottenegg, Freystatt, Haus, Oberwalsee, Senfftenberg, Bottendorff, Hatwan, Aurei Velleris Eques, Sacrae Caesareae Majestatis Consiliarius Intimus, Actualis, Archiducatus Austria Superioris & Inferioris Marschallus Hereditarius, quos ad eundem finem & in ipsa Civitate Viennensi sua ipsa Majestas Caesarea Plenipotentiarios designaverat, colloquium instituerent, uno denique animo atque consensu in sequentem Navigationis, & Commercciorum Tractatum convenerunt, ipsumque subscriperunt vigore Plenipotentiarium respectivarum, qua quidem prius commutata fuerunt, cujus Tractatus tenor, & forma est, ut sequitur de verbo ad verbum.

Hic loci fuit insertus Tractatus Navigationis & Commercciorum.


Nos vero tam sinceram inter Nos & Serenissimum & Potentissimum Imperatorem
& utra-

Et utraque Regna, Ditiones & Gentes conventionem & Commerciorum, nec non Navigationis Tractatum, qui quidem sua vetustate pariter & integritate meruit conservari, grandique sedulitate foveri, consolidare, predictisque omnibus & singulis in praesertis Capitulis, sicut per dictos Oratores Legatos Extraordinarios & Plenipotentarios utriusque Partis conventa, inita, transacta, promissa, & firmata sunt, robur & munimen Nostrae Regalis Authoritatis adjuvare cupientes, ea omnia & singula, prout superius insertis Literis contenta perspicaciter intuentes, Nos ipsi firmiter intelligimus & comprehendimus, de Nostraque certa scientia & voluntatis plenitudine, maturaque, & digesta deliberatione pro Nobis Successoribus Nostris sive Regnorum Nostrorum Haereditibus natis, vel nascituris, Regnis & Terris, Subditis, Ditionibus, Dominis, & Adherentibus Nostris, ac omnibus aliis, quorum interest, aut interesse poterit, prout & quemadmodum superius inserta sunt, Laudamus, Ratificamus, Approbamus, Acceptamus, ac de novo, quatenus opus est, per praesentes facimus & promittimus, eaque omnia prout de verbo ad verbum praesertis manent, & a praesatis utriusque partis nempe Nostrae & praealibatae Caesareae Catholicae Majestatis Oratoribus Extraordinariis promissa & subscripta fuerunt, semper & omni tempore custodire & custodiri, manuteneat & manuteneri, ac inviolabiliter de puncto in punctum observare & observari facere, neque unquam per Nos vel alium, seu alios publice vel occulte, directe, aut indirecte, aut alio quovis modo aliquam ratione, causa, vel occasione contrafacere aut venire, pollicemur, Promittimus & Juramus, & sollemniter expromittimus & facimus Sacramentum in Verbo & Fide

Regia, & si ab aliquo in supradicta omnia & praesertis, vel eorum singula imminutio, aut Factorum diminutio, seu contractio quomodocumque sit, aut esse possit, temere ageretur, aut patreretur, is profecto audacia & inconsiderantiae suae penas luet, contraventumque imminutum, aut diminutum sedulo & abjecta omni cunctatione & procrastinatione restituere faciemus, pro quibus omnibus & eorum singulis firmiter & inviolabiliter tenendis & adimplendis obligamus, Hypothecamus & supponimus Regna & Bona Nostra, ac Haereditum Nostrorum quorumcumque; & ad ampliorem firmitatem & ratam huius Obligationis & Approbationis Authoritatem omnibus & singulis legibus, moribus, caterisque universis ipsi contrariis, Renunciamus, ipsisque desistimus, & si talia essent, ut specialem & destinatam mentionem postulerent, & in hoc Instrumento formaliter & expresse inseri deberent, siquidem omnia & eorum singula pro hoc expressis & formaliter nominatis, prout si de verbo ad verbum inserta adessent, volumus, & sic animus Nobis inest, ut habeantur & teneantur. In quorum omnium fidem, robur & testimonium praesentes Nostras Ratificationis & Approbationis Literas & Instrumenta fieri & expediri mandavimus Manu nostra subscriptas, & Sigilli Nostrae Secreti appositione roboratas, & infra scripti Secretarii Nostrae Status & Universalis Expeditionis, vulgo del Despacho dicti referendadas: Datum in Regia hac Nostra Aranjuez nuncupata vigesima quinta Maji Anno a Nativitate Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo quinto.

(L.S.) PHILIPPUS R.

Joannes ab Orendayn.



tionem, DEUS ob inscrutabilia Suae Al-
 dentiae iudicia percrevit,
 tot annis Europam vexavit,
 n, tam Nostri, quam Sere-
 nissimi Romanorum Impera-
 , ac Vasallos affixit, dum
 reciproci Commerctii usu & li-
 profectio ex praestantioribus
 actibus orbarit; inter Nos
 & Potentissimum Roma-
 natorem accensum fuisse, per-
 cōd cum denique DEO Pacem
 rruptam, inter Nos & jam
 caream Majestatem feliciter
 solide restabilitam fuisse pla-
 tile peculiarem Navigationis,
 rum Tractatum constituere
 r quod honorum communitio,
 otius ingenuae amicitiae pignus
 que magis firmetur, & stabi-
 via tam Nostri, quam Alte-
 Majestatis Subditi initium
 rfruentis Pacis aberrimis be-
 narent, & in hunc finem
 Plenipotentiarii, videlicet ex
 Dominus Joannes Guilielmus
 erda, Dominus de Jensema,
 Poelgeest, Kaudekente, &
 ex Haereditarius de Humster-
 en, ad tractandam, finiendam
 lam Pacem jam suprafatam,
 Die trigesimā Aprilis proximē
 subscripto, Nutu DEI conclu-
 ue ipsam spectans stipulandum,
 um, Minister Legatus Extra-
 & Plenipotentiarius a Nobis
 imum & Potentissimum Ro-
 operatorem constitutus: &
 e Majestatis Caesareae Euge-
 ae & Pedemontium Princeps
 Majestatis Caesareae Consilia-

rius Actualis Intimus, Consilii Aulico Bel-
 gici Praeses, suumque Locum Tenens Gene-
 ralis, Sacri Romani Imperii Campi Mare-
 schallus, ac ejusdem Statuum per Ita-
 liam Vicarius Generalis, Aurei Velleris
 Eques: nec non Philippus Ludovicus Sa-
 cri Romani Imperii Thesaurarius Heredi-
 tarius Comes à Sinzendorf, Liber Baro in
 Ernßbrunn, Dominus Dynastiaram Gföll,
 Superioris Seloviz, Porliz, Sabor, Mul-
 zig, Loos, Zaar, & Droskau, Burgravius
 in Reineck, Supremus Haereditarius Scuti-
 ferus ac Praecisor in Superiori & Inferiori
 Austria, Haereditarius Pincerna in Austria
 ad Anasam, Aurei Velleris Eques, Sacrae Ca-
 saeae Majestatis Camerarius, Actualis
 Consiliarius Intimus, ac Primus Aulae
 Cancellarius; ac Gundaccarus Thomas
 Sacri Romani Imperii Comes de Starhem-
 berg, in Schaumburg & Waxenberg, Do-
 minus Ditionum Eschelberg, Liechtenhaag,
 Rotteneck, Freystatt, Haus, Oberwalsee,
 Senfftenberg, Bottendorf, Hatwan, Aurei
 Velleris Eques, Sacrae Caesareae Majestatis
 Consiliarius Intimus, Actualis, Archi-
 Ducatus Austriae Superioris & Inferioris
 Mareschallus Haereditarius, quos ad eun-
 dem finem & in ipsa Civitate Viennensi sua
 ipsa Majestas Caesarea Plenipotentiarios de-
 signaverat, colloquium instituerent, uno
 denique animo atque consensu in sequen-
 tem Navigationis, & Commerciorum Tra-
 ctatum convenerunt, ipsumque subscripse-
 runt vigore Plenipotentiarium respectiva-
 rum, quae quidem prius commutata fue-
 runt, cujus Tractatus tenor, & forma est,
 ut sequitur de verbo ad verbum.

Hic loci fuit insertus Tractatus Na-
 vigationis & Commerciorum.

Nos verò tam sinceram inter Nos & Se-
 renissimum & Potentissimum Imperatorem
 & utra-

